


Nicolaus Scharffenberg Christian Klewenow

**Positiones hasce subsequentes De Emptione Et Venditione Consensu Et
Permissu Magnifici & Ampliſſimi ICtorum ordinis in inclyta Academia
Rostochiana.**

Rostochi[i]: Saxo, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747330743>

Druck Freier  Zugang





N. N. — 2 (139.)

1. Conradi, de voluntate testatoris dubia ob errorem in nomi-
num vel demonstratione heredis aut legatarii commissum.
2. Conradi, qua cautione de non amplius turbando in judi-
cis possessoris usu fore recepta pertractatur.
3. Conradi, de modo servando in legatorum piorum in-
terpretatione.
4. Conradi, de civitate nova.
5. Conradi de regno et tyrannide.
6. Cothmann, de delictis privatis.
7. Cothius, de venditionibus honorum.
8. Cramer, de minoratu in familiis illustribus.
9. Heineccius, qua uxor romana per propter auptias
donationem de alimentis fecura tantum.
10. Serdes, assertationes juris publici.
11. Kress, de debitis ex feudis praecipue pomeraniae sol-
ventibus.
12. Wernher, de successione in simultaneam investituram.
13. Rivin, de prerogativis auditorum cambialium pra-
citurographarum.
14. Rivin, thesium juris controversi secundum Ordinem Dig.
CXXXVIII — CXCVIII.
15. Rivin, de patre vel marito impensas in personas risue
uoris vel liberorum factas repetente.
16. Rivin, de nationis venditionis et alienationis natura
ac differentia.
17. Rivin, de praedibus quae vulgo Laß - Güter appellan-
tur.

18. Rivin, de finibus juris naturalis et civilis.
19. Rivin, de eusematicis in materia possessionis et
compossessionis.
20. Rivin, debitor delicatus in contrario fiduciae judi-
cio ex mente Ulpiani ad l. xxv. D. de pign. act.
21. Clafen, de consuetudinibus.
22. Clatten, de homicidiis.
23. Clatten, de testamentis.
24. Clodius, quid patrono ecclesiae debeat minister?
25. Cludius, de publicis judiciis.
26. Cluten, de testamentis quam tam ordinandis
quam in firmendis.
27. Coecejus, de regali posterum jure.
28. Coecejus, de principio juris naturalis univo, vero
et adequato. pars prior.
29. Coecejus — — — — — pars altera.
30. Ludvig, de iure circa hypothecam de principio
juris naturalis ejusdem vindicant.
31. Coecejus, resolutiones dubiorum circa hypothecam
austriam de principio juris naturalis.
32. Coelestino de usucapione.
33. Coelestino de libello Lamoso.
34. Coelestino de potestate dominica veteri et hadicora.
35. Coelestino, de potestate maritali et ^{di}matrimonialis.
36. Coelestino de potestate patria et aliis liberis.

AUXILIO
D. O. M.
Positiones hasce subsequentes

44

DE
EMPTIONE ET
VENDITIONE

CONSENSU ET PERMISSU MA-
gnifici & Amplissimi Jctorum ordinis in in-
clyta Academia Rostochiana.

PUBLICÆ VELITATIONI
SUB PRÆSIDIO

NICOLAI Scharffenberges / J. U. D.

Horis locog. consuetis ad diem Mayj subjiciet.

CHRISTIANVS CLEVENOVIVS,
Gustroviensis Megapolitanus.



ROSTOCHI,
TYPIS MAURITII SAXONIS

ANNO M. DC. XVII.



THESIS I.

Eemptio & venditio (a) cuius origo à permutationibus capit (b) est contractus juris gentium (c) nominatus (d) bona fidei (e) solo consensu initus (f) de re emptori tradenda (g) & pretio certo venditori dando (h).

(a) Emptio & venditio relata ad *l. 12. tab. omnem alienationem in se compræhendit, quia omnis alienatio & mutatio familiæ per emptionem*, quæ tamen ferè erat imaginaria tantum celebrabatur, hoc est, nexu per æs & libram *Vlp. in fragm. tit. 19. l. statu liberi 29. circa finem D. de sta. lib. l. sicut 8. §. venditionis ubi gloss. D. quib. mod. pign. vel hyp. solv. Fabia de monte in tract. de empr. & vendit. quest. 2. in pr. Aret. cons. 125. n. 3. Iason. in l. voluntas colum. 1. C. de fideicom. Felin. in c. fin. num. 5. de accusa. Hic autem sicuti & alias plærumq; emptio venditio pro certa atq; distincta contractus specie ponitur. (b) *l. 1. de contrah. empr. Unde non in scite permutatio emptioni vicina ejusque vicem obtinere dicitur l. fin. ff. de rer. permut. l. 2. C. eodem. (c) l. juris gentium 7. §. 1. ff. de pact. l. ex hoc jure 5. de Inst & Iur. l. 1. §. fin. ff. h. tit. Pinel ad rubri. C. de rescind. vendit. part. 2. c. 1. n. 15. Cona. lib. 1. com. jur. civil. c. 5. n. 8. Fabia de monte in d. tract. quest. 1. n. 4. (d) d. l. juris gentium 7. §. 1. de pact. VVesenb. in parat. ff. h. tit. n. 2. ratio est, quia causam habet jure definitam & nomine proprio appellatam. (e) l. domum 57. §. 3. ff. h. tit. l. 2. §. fin. ff. de**

o. & A. §. actionum Instit. de Action. l. ex empto 11. §. 1. ff. de action. empt.
Hinc fit ut inter abentes contrahi & per nuncium,
vel per epistolam celebrari possit, & nullam verbo-
rum solennitatem requirat, d. l. 1. in fin. ff. h. tit. l. consensu de
O. & A. l. 35. §. 2. ff. de V. O. l. contractus C. de fide instrum. l. 2. C. h. t. Sihar.
ad tit. C. h. t. (g) quia nec emptio nec venditio sine re,
(quæ à I Cro Paulo in l. 1. in pr. & §. 1. in fin. merx appellatur)
quæ vaneat potest intelligi, nec emptio §. ff. h. t. (h) quia
sine pretio certo & quidem in pecunia numerata em-
ptio & venditio nulla est §. pretium a. Instit. hic l. inter patrem 2.
§. 1. l. 36. l. pacta conventa 72. ff. h. t. unde apparet falsum esse
quod tradit Cont. lib. 1. disp. c. 16. Emptionem & venditio-
nem uno nummo fieri posse, arg l. 46. ff. locat. l. 16. de reg. iur.
quippe cum unus nummus pretio opponatur, l. si quis ante
10. §. ult. ff. de acquir. vel amitt. possess. Mozzius in tract. de empr. vend.
Bocer. ad l. 23. n. 7. ff. de R. I. Duar. ad d. l. 10. de acquir. possess. ubi etiam re-
sponder ad l. si ususfr. 66. ff. de jur. dot.

THESIS II.

Perficitur hic contractus vel in scriptis: vel sine
scriptis, illo modo non censetur perfectus, priusquam
instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu
propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta à
contrahentibus autem subscripta (a) et si per tabellio-
nem fiunt, nisi & completiones acceperint, & parti-
bus fuerint absoluta. (b) Hoc verò simulatq; de
pretio req; pretio commutanda convenerit (c) et-
iam si nec rei traditio, nec pretij numeratio, nec ar-
rha datio intervenerit (d).

a) pr.

(a) *pr. Inst. h. tit.* Nam notante Angelò Aretino ad
pr. Inst. hic. n. 1. paria sunt vel manu propria scribere in-
strumentum, vel se manu alterius scripto subscribere.
Subscribens enim præsumitur contenta in eo appro-
bare proindeq; sibi æquè præjudicat ac si totum scri-
pisset. *arg. l. sicut 8. §. non videtur 15. ff. quib. mod. pig. vel hyp. solv. l. 1.*
§. 1. ff. de constit. princ. l. 6. §. 1. ff. de edend. (b) *§. 1. Inst. h. t. l. contractus*
C. de fide instrum. & ibi gloss. Moz. de divis. empr. n. 1. & hæc proce-
dunt si ab initio convenit. ut de conventionem fiat scri-
ptura, tunc enim non aliter valet contractus, nec dicitur
perfectus donec secuta sit scriptura, atque ita an-
te instrumentum perfectum poenitentiae locus erit,
Marb. de afflictis deci. 39. n. 4. Decius in *l. pactum quod bona n. 3. C. de pa-*
ctis Boer. d. cis. 39. n. 11. & 183. n. 9. Si verò partes à principio sim-
pliciter contrahant, & postea perfecta venditione in-
ter partes dictum fuerit, ut de ea fiat instrumentum,
non licebit partibus post conventionem ab illa recedere.
Mascar. de probat. lib. 1. concl. 425. n. 8. & 9. Gabri. in tit. de pactis concl. 3.
n. 1. ver. contrarium Anton. Tessau. decis 197. Fach. lib. 2. controu. c. 92. (c)
pr. Inst. hic Moz. d. loc. n. 3. (d) arrhæ enim plerumq; majoris
cautionis gratia in hoc contractu intervenire solent,
ut sint argumentum emptionis contractæ, *l. quod arrhæ 35.*
ff. de contrah. empr. in pr. Inst. h. t. vel emptionis contrahendæ.
Illo casu cum emptio perfecta est sive in scriptis sive
sine scriptis, ne quidem cum arrharum dispendio ab ea
discedere licet *Cynus Bar. Cast. ad d. l. contractus §. illud C. de fide in-*
strum. sed venditum præcisè tradendum, vel si id fieri
nequeat interesse præstandum est, l. 1. §. 1. & 2. l. 30. ff. de actio
empr. l. 25. de contrah. empr. Anron. Fab. 6. conject. 17. Bart. Castr. & reliqui
DD. pleriq; in l. 1. ff. de actio, empr. Decius Alexand. & las. in l. certi conditio
9. ff. de reb. cred. Pinell in l. 2. part. 2. c. 3. n. 20. & seq. C. de rescind. vend. Re-
busius in l. vinc. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. in verbo

quantitate n. 10. S.ichard. ad Rubr. C. de con. empr. n. 8. Duar. ad tit. C. de a-
ctio. empr. Fabi. de monte in d. tract. quæst. 6. in pr. n. 38. Niell. disp. feud. 4.
ch. 1. ad lit. F. Foman. disp. 22. th. 10. lit. B.

THESIS III.

*Emere & vendere possunt omnes, qui & con-
sentire, liberamq; rerum suarum, administratio-
nem habent (a) nemo tamen invitus cogi potest rem
suam vendere (b) ne quidem à principe (c) nisi certis
casibus (d).*

(a) Nam ut pulchrè dicit textus in l. 2. ff. si quis à patro.
fuerit manum. iniquum est, non esse ingenuis hominibus
rerum suarum liberam dispositionem, cum rei suæ qui-
libet sit moderator & arbiter l. in re mandat. C. manda. l. empr-
onem 2. C. h. r. l. solutum 11. §. 1. & l. si convenerit in fin. ff. de pignor. act. l.
procurator. 58. de procurat. l. iusjurandum quod ex conventionem §. si tutor
ff. de jure jur. (b) l. nec emere C. de jure delib. l. invitum C. h. r. l. quamvis
ff. de pign. act. l. nemo exterius C. de iud. rationem tradit Ictus in
l. nec quasi 70. de rei vind. ne in potestate cuiusq; sit per rapi-
nam ab invito domino rem injusto precio comparare,
Cyn. in l. 1. C. de Episc. aud. (c) quia hoc justitiæ contrarium
esset, quæ tanto plus in principe necessaria est, quanto
altior est suæ eminentiæ celsitudo. Vid. Andream Gail. 2. ob-
serv. 56. Zisi. ad l. 2. ff. de orig. iur. §. eodem tempore n. 13. ad fin. & ad l. prin-
ceps ff. de leg. n. 13. (d) ut in casu l. 2. C. de patribus qui filii. distr. ac.
in redemptionem filij venditi ob victus necessitatem,
ut quilibet ab invito redimere possit, vel ratione com-
munionis l. communi dividendo §. fin. ff. comm. divid. l. cum in fundo §.
si fecerit ff. de jure dot. l. 13. §. 17. ff. de actio. empr. vel ut publicæ ine-
diæ consulatur, l. 1. §. 11. ff. de offic. præf. urb. vel ob nimiam sevi-
tiam domini in servos §. 2. Inst. de his qui sui vel alieni juris sunt.

Gomez.

Gomez. lib. 2. variar. resolut. c. 2. n. 5. Fabia. de monred. tract. de empr. & wend. quest. 3. n. 38. ubi vide plures limitationes, intellige tamen hos omnes & similes ut justo precio res distrahatur l. fin. C. de anno. arg. l. 12. de relig. & sumpt. fun. VVesenb. ad §. 2. Instit. de his qui sunt sui vel alieni jur. & hoc adeo verum est, ut etiam ipse princeps justum precium debeat refundere.

THESIS IV.

Ex his consequens est pupillum (a) furiosum (b) prodigum (c) minorem curatorem habentem ab hoc contractu repelli (d).

(a) l. empriorem 2. C. h. t. §. nunc admonendi 2. Instit. quib. alien. licet Fabia. d. loc. n. 2. Quod si quis tamen à pupillo sine tutoris autoritate emerit: ex uno latere constat contractus. Nam qui emit obligatus est pupillo, pupillum sibi non obligat l. Iulianus §. 29. de actio. empr. l. 1. l. si id quod pure §. 1. de rescind. vendit. (b) nisi dilucida habeat intervalla, per l. is cui 6. de V. O. l. 1. & rr. de curato furio. l. furiosi 40. l. in negocijs 5. & ibi communiter Dd. l. ubi non voce 124. §. 1. de R. I. si autem dubitetur, an furiosi dilucida intervalla sive inducias habentis gesta, in furore ve' quiete acta sint, putamus, ex ipso actu id colligendum esse, attendiq; debere qualitatem actus, an sit conveniens homini sanæ mentis, & præsumatur, quod in quiete & tempore intervalli gesserit, an contra & sit fecus, ita Bald. Angel. Fulgos. & Castrens. in l. furiosum C. qui test. facere poss. immol. in l. qui testamento §. nec furiosus ff. de testam. Socin. Consil. 42. lib. 1. Myns. Cent. 2. observ. 41. (c) d. l. is cui bonis 6. & ibi plene Barr. & Dd. de V. O. l. mutum §. 1. de acquir. hered. ubi gloss. Mozz. de pers. qui vend. poss. l. si sciens 26. ff. h. t. l. si ab eo emas ff. de usucap. Fabia. d. quest. 3. n. 37. Et hoc adeo verum, ut non procedat emptio religione jurisjurandi confirmata: Juramento enim conventiones

tiones ipso jure invalidas nunquam confirmari veris-
simum est, l. 5. de C. U. l. 7. §. 10. de pact. l. 112. §. 4. de legat. 1. Bart. in d.
l. is cui bonis de V. O. c. non est obligatorium d. R. I. in 610. (d)
Afsimulatur enim ei cui bonis est interdictum, l. 3. C.
de in integ. restit: Quod si curatorem non habeat, potest
alienare sed læsus restituitur, d. l. 3. C. de in integ. restit. Fabia de
de Monre d. quæst. 3. n. 2. & ult.

THESIS V.

Quidam tamen quamvis liberam habeant re-
rum suarum administrationem, & alias contra-
here non prohibeantur, speciali tamen jure hunc
contractum celebrare nequeunt, ut pater cum filio
(a) magistratus cum subditis (b) Medicus cum agro-
to (c) & alij (d).

(a) Exceptis tamen bonis castrensibus & quasi, ut est
text. in l. 2. ff. h. t. Ratio, quia in his filiusfam. habetur loco
patrisfam. l. 2. ff. ad SC. Mace. l. 4. de iudicijs Gomez. 2. variar. resol. 2. n.
2. Fabia. d. quæst. 3. n. 3. Et adventitij eo in casu, quo usufr. ad
patrem non pertinet l. fin. §. 5. versic. filijs autem C. de bon. quæ liber.
junctal. 7. C. eodem Gomez. d. loc. (b) l. 46. l. 62. ff. h. t. l. i. C. eod. l. un. in pr.
& §. 2. C. de contract. iud. Romani enim ex ipsis rerum argu-
mentis deprehenderunt, quod & hodie quotidiana
experientia testatur. Eos qui in magistratu constituti
sunt bonam & commodam habere occasionem res
suas locupletandi; unde provincialibus magistratibus
eorumque comitibus & adfessoribus omni omninò
commercio tam per se, quam per interpositas personas
exercendo præter ea quæ victus quotidiani sunt sim-
pliciter interdixerunt. Cæterum hæc lex hodie ob-
soleta

solita est, & magistratus perpetui facti perpetuam subdi-
tis imperandi occasionem ac licentiam nacti sunt, arg.
l. princip. cum l. sequi. ff. de rebus creditis. (c) Cum n. ægrotus timo-
re mortis, & opprobrio quadam potius, quam libera
voluntate contraxisse censeatur, venditionem hanc in-
validam putamus l. 3. de extraord. cogn. l. 9. C. de profess. & Med. Arius
Pinell. c. 2. l. 2. n. 32. de rescind. vend. Alciat. 2. parerg. 39. Fach. lib. 2. cõrr. c. 25.
(d) Ut curatores hospitalium absque decreto Episcopi
l. orphanotrophos C. de Episcop. & Cleric. vide Fabian. de Monte d. quaest. 3.
ubi plures casus recenset. Inter virum tamen & uxorem
emptio contractari potest, nisi in fraudem donationis cau-
sa facta sit l. si spon. l. 5. §. 5. ff. donat. inter vir. & uxor. Omnis n. con-
tractus inter virum & uxorem est permissus, etiam mu-
tui præter donationem, ut est textus in l. Aurel. §. penul. & ult.
ff. de liber. l. g. & per Bart. in l. non tantum de V. S. & possunt omnes
contractus invicem onerosos celebrare ut eleganter dicit
Bald. in auth. in donatione C. de secund. nupt. specul. in tit. de donat. inter
vir. & uxor. §. formatis versic. sed quæro utrum.

THESIS VI.

Vendi possunt res omnes regulariter licite & jure
(a) tam incorporales, (b) quam corporales, aliena (c)
quam propria tam futura (d) quam extantes, &
quidem una cum suis accessionibus (e).

(a) l. 34. §. 1. de contrab. empr. (b) ut nomina l. emptori nominis
6. de hered. & act. vend. etiam invito debitore l. nominis C. h. tit. l. 1.
C. de nov. & de leg. Et scribit Celsus lib. 9. ff. eorum referente
Ulpiano: si nomen sit distractum, locupletem esse debi-
torem, non debere præstare, debitorem a. esse, præstare;
nisi aliud convenit l. 4. de her. vel act. vend. VVesenb. in parat. ff. eod.
Idem de actionibus tam personalibus quam realibus
statuendum l. fm. ub. Odofr. Cyn. Albericus Bald. Salsæ & comm. DD. C.
de hered.

de hered. vel act. vend. Hæ tamen non aliter quam ante
litem contestatam rectè venduntur: litigiosas a. res
disfrahere non licet. Atq; ita iudicium in alium trans-
ferre est interdictū *d. t. C. de litigios. & ff. de alien. jud. mutat. caus.*
Sichard. de hered. vel act. vendit. n. 17. Gomez. tom. 2. c. 2. Vvesenb. d. loc.
Belle & convenienter hic quæri potest, utrum actio in-
juriarum vendi posset. Nos cum *gloss. in d. l. injur. opinamur*
actionem injuriarū ante litem contestatam vendi posse
vide Sichard. loc. alleg. Hereditatē etiam vendi posse apparet
ex tot. tit. ff. de hered. vel act. vend. Si modo is de cujus heredita-
te agitur diem suū obierit, vivētis n. nulla est hereditas
l. 2. ff. de his, quæ ut indign. aufer. l. 1. ff. de hered. vel act. vend. Gomez. tom. 2.
c. 2. n. 5. Con. lib. 2. c. 8. Huc etiam pertinet frequens ille cōtra-
ctus, quo annui reditus seu Census emūtur, & hunc cō-
tractum esse licitum, modo justam pensionem nō exce-
dat, nec in usurarium progerminet, communis est & in
Camera approbata sententia *vide constitutionem imperij de an-*
no 1548. sub titu. von wucherlichen Contracten/ & vnd nach dem Wie-
berlauffs/ Gail. lib. 2. observ. 5. n. 10. & 7. observ. per tot. Covar. var. reso l. c. 7
n. 2. & seq. (c) Nam qui vendidit necesse nō habet fundum.
emptoris facere, ut cogitur, qui fundum stipulanti
spondit *l. 25. §. 1. l. 28. l. senatus 25. in fin. ff. de contrah. empr. l. 11. §. 2. de*
act. empr. Re tamen aliena ab ignorante empta, & à do-
mino postea evicta, emptor evictionis nomine vendi-
torem obligatum sibi habet *l. 23. & ib. gl. C. de evict.* Si a. fun-
dum sciens alienum quis comparavit, neq; quicquā de
evictione convenit, q̄ eo nomine dedit contra juris re-
p̄i rationē rescripserunt Imp̄p. Dioclet. & Maximia.
l. si fundum. 7. C. de evict. l. 1. C. de prescript. 30. vel 40. anno. l. 1. ff. de actio.
empr. arg. l. si a. ure 13. C. de jur. dor. l. 1. §. si intelligatur de adilici. edict.
quod extendere procedat etiam si emptor nō solverit
precium, quia non poterit retinere *Gomez. lib. 2. variar. resol.*

6.2.11.42. *cujus ratio potest esse, quia videtur donare pro-*
cium (d) Nam fructus & partus futuri secundū Pomponium
Pomponium in l. 8. ff. b. r. rectè emūtur, ut cum editur par-
tus, tunc cum cōtractum est negotiū venditio facta in-
telligitur. Aliquando tamen & finire venditio intelli-
gitur, veluti cum quasi alea captus piscium vel aviū vel
misciliū emitur. Emptio n. contrahitur etiam si nihil in-
ciderit, quia spei emptio est d. l. 8. ff. b. r. (e) Ita ædib. distra-
ctis ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædiū
vel propter ædes habentur l. l. ulianus 13. §. fin. cum aliquor ll. seqq.
de act. empr. Menoch. lib. 3. præsumpt. 57. sed hæreditate vendita,
an etiam jus accrescendi venditum intelligatur quæ-
stionis est? Negativam putamus esse veriolem, per
l. 2 §. 1. ff. de hered. vel act. vend. Vid. Cujac. lib. 12. observ. c. 13. & libr. 3. in no-
tatis ad mercatorem c. 12.

THESIS VII.

Jus tamen res non nullas exceptit, quæ emi vendi
non debent & quasdam jus naturale, quasdam jus
Civile. Jure naturali emi vendi nequeunt, res quæ
non sunt nec fore sperantur (a) res divina (b) liber ho-
mo (c) jure civili quadam omnino sunt emi vendi pro-
hibitæ, quadam inter certos homines, prioris generis
sunt res publica (d) litigiosa (e) emphyteutica (f) & a-
lia similes (g) posterioris sunt omnia armorū genera,
ut & esculenta & poculenta, quæ hostibus advehere
& vendere sub pœna gladij & confiscationis omni-
um bonorum prohibemur (h).

B 2

(c) l. ff

(a) l. si duos 44. l. domum 57. ff. h. t. (b) Sacrae religiosae sanctae, quaeque his sunt annexae l. hanc legem 22. ff. h. t. l. jubemus 14. l. sancimus 21. C. de sacros. eccl. Sichard. ad rubr. C. 2. c. Excipe tamen casum captivitatis & famis, non n. absurdum est, (ut verbis Impp. utar) animas hominum quibuscumque vasis & vestimentis praeferrere d. l. sancimus 21. Notandum tamen omnium harum rerum emptionem inter ignorantes earumque qualiratem aut saltem emptore non ignorante valere, non quo ad res ipsas, sed quo ad obligationem, ut venditor eo nomine ad inter usurij praestationem, emptori teneatur §. fin. Instir. h. t. l. sed Celsus 6. l. qui officij 62. §. 1. ff. h. t. vult. lib. 1. IP. Rom. c. 35. (c) si enim emptor sciens, liberum esse, emerit, nulla emptio contrahitur. l. 4. §. 6. 70. ff. h. t. l. 33. de liberal. caus. l. fin. ff. quib. ad liberr. proclam. non lic. Et hoc adeo verum est, ut nec talis emptio, CUM SERVUS ERIT, admittatur, nec enim fas est ejusmodi casus expectare. l. 34. §. 2. ff. hic. (d) d. l. 6. d. l. qui officij 62. ff. h. t. l. 45. de usucap. §. ult. Instir. hic. (e) l. 1. §. 1. de legibus l. fin. & auth. si series C. de legibus gloss. in c. saepe de restitut. spal. l. alienationes 13. fam. Ercisc. Myns. 1. Observ. 55. VVes. in parat. hic n. 7. (f) Nisi prius requisito consensu domini l. 3. C. de jure emphyt. Clar. §. emphyteusis quaest. 13. (g) Sic nulla est venditio veneni mali, quod tamen intellige secundum distinctionem traditam a Icto Cajo in l. 35. §. 2. ff. h. t. Sic in bonis dotalibus distinguitur, si enim res servando servari non possint, vendi possunt, aliae vero non possunt alienari sine solemnitate auth. si ve a me C. ad SCtum vellei, pro ut ibi declarat Barr. Generaliter tamen notandum, omnes res quae in genere functionem recipiunt, posse a marito alienari, text. notabilis est. in l. 46. de jur. dot. vide Fabi. de Mon. re quaest. 4. n. 13. (h) Vid. tot tit. quae res exportari non debeant ibidem Sichard. Duar. l. cujusque 4. ff. ad l. juliam Majest. l. 3. 4. C. quae res vendi non possunt.

THE

THESIS VIII.

Ex jam dictis apparet tria hujus contractus substantiam constituere, consensum, rem, & pretium, (a) consensus ab utraq; parte liber esse debet (b) verus nec simulatus (c) perspicuus (d) Res autem vel ad corpus sive speciem, vel ad quantitatem h. e. pondus numerum & mensuram, venditur, (e) Pretium non tantum debet esse certum sed & debet consistere in pecunia numerata (f)

(a) Et hæc tria conjunctim probari debent, ut emptio probata dicatur. Mascard. volum. 3. de probat. conclus. 608. n. 3. Sed hic notari potest, instrumentum venditionis, si non contineat certum precium, quanti videl. res vendita, fit, contra venditorem, vel ejus heredes nullam fidem, facere, & emptorem ad traditionem rei venditæ agere non posse, puta si tenor instrumenti simpliciter talis sit Titius vendidit Cajo talem domum Vide Gail. 2. observ. 13.
 (b) Emptio igitur metu facta rescinditur, quod enim, metus causa gestum est, Prætor ratum non habet l. 1. ff. quod met. caus. l. 1. C. de rescind. Vend. Myns. 5. obs. 28. Quod si dolus dederit causam huic contractui, tunc ipso jure nullus efficitur, ut alius quivis bonæ fidei contractus l. 3. §. fin. ff. pro socio Sichard. ad l. 7. C. de dolo malo n. 3. Zif. in §. actionum n. 44. cum seqq. Instir. de acti. Cujac. ad l. 36. ff. de V. O. & ad l. 7. de dolo malo Si incidat per ipsum contractum, purgatur l. 7. §. 3. de dolo malo l. 33. §. 4. de act. empt. (c) Nuda enim & imaginaria venditio pro non facta est l. 55. de contrab. empt. (d) Quod si pactum adjectum pariat ambiguitatem, in dubio interpretatio facienda est, contra eum qui potuit legem apertius dicere contractui p. l. cum in lege 33. junctam cum l. seqq. l. Labeo scripsit

21. ff. de pact. si contrahentes vel in corpore
vel in materia, ut si æs pro auro stannum pro
argento veneat dissentiant, Dissensus hic viciat empti-
onem l. in vendit. 9. in pr. §. 2. l. 14. ff. h. t. Gædd. de contrah. stipul. c. 3.
concl. 4. n. 46. Cujac. lib. 2. observ. 5. & in l. 22 ff. de V. O. Donell. ad l. 22. de V.
O. Borch. c. 5. n. 74. in tract. de V. O. Secus est si in qualitate mate-
riæ erraverit, si itaq; coheredes viriolam quæ aurea di-
cebatur pretio exquisito uni heredi vendiderint, eaq;
inveniatur maxima ex parte ænea venditionem esse,
constat, ideo quia auri aliquid habet, l. 14. ff. h. t. (c) l. quod se-
pe 35. §. in his & §. seq. & l. qui officij 62. §. ult. ff. h. t. l. 4. §. 1. & 2. ff.
de peric. & comm. rei vend. Cujac. in not. ad Instit. tit. de empr. & ven-
dit. (f) §. item pretium instit. hic l. 9. C. eod. Quod si pretium non
solum vel alia ratione veluti fidejussore, exprom-
issore & pignore dato venditori non satisfactum
vel alias is qui vendidit fidem emptoris sequu-
rus non fuerit, res emptæ non fiunt accipientis per l. ut res
emptoris 53. de contrah. empr. §. vendite Instit. de R. D. adeoq; vendi-
tor eos vindicabit ut & cum norante Bald. in l. in rebus C. de jur.
dor. n. 162. Omnis qui præten dit dominium actu permā-
nens sit prior quolibet alio creditore debitoris sui;
Venditor in Concursu creditorum cæteris creditori-
bus præferetur Vide Gail. 2. observ. 15. n. 4.

THESIS IX.

*Adjiciuntur etiam huic contractui pacta non-
nulla, veluti addictio in diem (a) lex commissoria
(b) pacto de retrovendendo (c)*

(a) Et fit addictio in diem vel pure vel sub conditio-
ne, illo modo ut allata meliore conditione ab emptio-
ne recedatur, hoc modo ut perficiatur emptio, nisi meli-
or offeratur conditio l. 1. 2. & tot. tit. ff. h. t. & ibi Vvesenb. in par.

Hoc

Hoc loco non ineleganter quaeritur an hoc pacto pure facto transferatur in emptione venditione dominium absq; traditione? In hoc conflictu ad affirmantium castra transilire non formidamus mori l. si quis hac l. 4. ff. de R.V. l. si ex duobus 4. §. sed & Marcellus ff. de in diem addict. l. ult. ff. de l. commiss. l. commissoriae 4. C. de pactis inr. empr. & vendit. composito Covar lib. 3. var. resol. 6. §. n. 1. Schruiff. Conf. 40. Cent. 2. Duar. ad tit ff. de in diem addict. Mynscent. 6. observ. 89. n. 3. Fach. 2. controuv. 15. Diss. Batt. in l. si quis hac l. 4. ff. de R.V. Alex. conf. 10. p. 1. plures vide apud Scurff. d. l. (b) ut si ad diem soluta pecunia non sit, ut fundus inemptus sit l. 2. ff. de l. comm. quæ etsi in pignore reprobata, idq; tam in reo principali quam ejus fidejussore l. quoniam inter alias ult. C. de pact. pigno. c. 1. de feud. dat. in vic. l. commiss. covar. 3. var. resol. c. 2. n. 8. Pir. ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. rubr. c. 1. n. 30. Diss. Menoch. rem 5. ad ipse post. n. 39. Cost. ad l. Emilius ff. de minoribus In emptione tamen eam concessum esse dubium non est ex l. si fundus §. ult. ff. de pign. act. VVe senb. in par. ff. de l. commiss. (c) cum res ita venditur ut si venditor intra tempus certum vel quodocunq; pretium obrulerit res reddatur l. 2. & 7. C. de pact. inr. empr. Tiraq. de utroq; retract. p. 2. Covar. 1. var. resol. 9. & 15. Chass. in conf. Burg. rubr. 5. §. 1. per tot. dominiumq; in emptorem hoc pacto non resistente transfertur Zas. 1. conf. 12. n. 34. Myns. 6. obs. 70. Fructus tamen tempore revenditionis pendentes inter emptorem & venditorem pro rata temporis dividi debere cum Tiraq. de retract. conv. §. 5. glos. 4. n. 1. & seq. Fach. 2. controuv. 6. asserimus.

THESIS X.


Dantur ex hoc contractu actiones empti venditi
 (a) dissolvitur quoq; hic contractus mutuo contra-
 hentium consensu (b) beneficio l. 2. C. de rescind. vend.
 si ultra dimidium justii pretij quis lasus probetur (c)
 & pacto de retrovendendo (d)


(a) Illa

(a) illa vero empti datur emptori adversus venditorem
heredemvè ejus, ut vacuum possessionem l. 2. §. 1. & ibi Bart
l. 3. §. 1. ff. de actio. empr. l. 8. C. eod. l. 78. §. 1. de contrah. empr. l. 12. C. de probat.
Iason in §. actionum n. 141. Instit. de actio. VV. senb. in p. rat. b. t. n. 13. Conti
r. disp. 8. Myns. 1. observ. 53. Fruct. l. 13. de actio. empr. & accessiones
à tempore cōtractus præstet l. pen. C. eod. Gail. de pign. obs. 17. Me
noch. lib. 3. præsumpt. 77. per tot. Hac agit venditor adversus
emptorē ut pretium numeretur & usuræ non soluti pre
tiji justo tempore præstentur l. Iulianus 13. §. ex vendito 19. cum
seq. de act. empr. Cujas ad Paul. 2. sent. 17. Myns. 4. observ. 56. (b) l. juris genti
um 7. §. 6. de pact. l. ab empr. eod. l. cum emptor 5. §. 1. de rescund. vend. l. si
aut de O. & A. (c) d. l. 2. l. si voluntate 8. C. eod. c. cum dilecti. X. de empr. &
vendit. Sichard. ad d. l. 2. Specul. de rescind. vend. n. 10. I. Diff. Covar. Variar.
resol. c. 3. n. 11. Menoch. de arb. quæst. cas. 34. lib. 2. n. 4. qui jure læsionē
istam definitam negant judicisq; arbitrio committen
dam & hanc læsionem non modo in hoc contractu ve
rum etiam in similibus bonæ fidei contractibus atten
dendam putamus l. in contractib. C. ex quib. caus. major. & ibi gloss. l.
majoribus C. comm. utrimq; jud. l. si quos C. de rescund. vend. Gail. 2. observ.
70. Fab. de monte quæst. 1. n. 8. Pinel. ad l. 2. pr. c. 2. n. 17. Rob. 2. animad. 14.
Dis. Cujac. 16. obs. 18. Iason. in l. 2. C. de jure emphy. Hæc enim l. summa
niti æquitate doctè satis & eleganter docet Arumæ exer.
14. th. 8. Cum quo etiam (Contra Cujas d. 10. & Ant. Fabr. in erro. prag.
dec. 8. etc. 7.) hanc l. in emptore quoq; locum habere arbi
tratur in disp. 2. ad d. l. 2. th. 7. (d) Vide the. præcedentem lit.
C. de quo pacto claudat disputationem nobilis & con
troversa quæstio. An huic pacto 30. annis præscribi
possit. Quod cum Geil. 2. observ. 18. Myns. 1. b. serv. 16. & resp. 31. n. 12. Borch.
de usuro c. 6. n. 18. Gæderi conf. 109. per tot. negamus. Dis. Tiragell. de re
tract. lign. §. 1. gl. 2. per tot. Zas. 2. conf. 12. Io Kapen decis. 1.

FINIS.

35. Coelestino, de potestate tutoria.
36. Coelestino, de rerum ^{divisione} ~~divisione~~.
37. Coelestino de acquirendo ^{dominio} ~~dominio~~.
38. Aglus, de militia romana.
39. Hane, sermones de tempore.
40. Jensen, de usu fortium in eligenda thalami consorte ad modum temerario pauca praefatus. etc.
41. Scharf, de coronatione imperatoria.
42. Scharf. de his quae quibus ac privilegiis fisci perperam accensentur.
43. Scharfenberg, de testamentis ordinandis.
44. Scharfenberg, de emptione et venditione.
45. Schaumburg, de testamento nuncupativo.
46. Ciesio, sociographia iudicii militaris criminalis ordinarii vulgo mersice — Rirings Gerüst.
47. Olafen, de actionibus.





DE ACTIONIBUS.

Medic. par. 2. qu. 2. n. 14. de Casib. fortuit. Priori
L. Aquiliae. Thomæ c. 19. n. 23. de Noxia animal.
actu ipso nocuerit l. 42. ff. de Edilit. Edict. & qu
læsi. Nam solum factum habendi animal ferox
cam ad pœnam non obligat. Gloss. ad l. 41. ff. de A
vis solum obliget, si quis juxta viam publicam h
vel suspensam, cujus casus nocere possit. §. 1. In
si del. nasc. l. 5. §. 11. ff. de his, qui effud. Quando
Edilit. condemnatio fieri possit, tamen illam
probatio tam de damno facto, quàm de eo,
circa viam publicam fuerit habitum. Quæ pr
munem probandi modum per duos testes est fa
de Testib. Ipsa condemnatio pro diversitate nox
fa. Aut enim damnum datum est in persona
in rebus.

Priore casu distinguitur ulterius: aut no
homini, & tum condemnabitur dominus anim
bonum & æquum fuerit visum, §. fin. Inst. h. t.
Edict. computatis subinde mercedibus, quæ in
gata, ut & impendiis in curationem factis, n
bus caruit læsus & cariturus est. Aut liber homi
ex hoc Edicto est popularis, quæ etiam compe
quam hæredi, sed ut uni de populo, quantum v
re volunt, præferatur. Fiet autem condem
solidos, l. 42. ff. de Edilit. Edict. qui non tanqu
poris liberi, sed tanquam mera pœna actori ap
tur, l. 5. §. 5. ff. de his, qui effud. Aretin. ad §. 2.

Posteriore casu Reus condemnatur in dupl
ult. ff. h. t. quod juramento actoris definiri pot
vi. aut deficiente juramento à judice æstimari
20. n. 8. p. 153. de Noxia Animal. Tandem paucis e
quid actio Edilitia cum actione de pauperie co
folet actionum concursus in Cumulativum &
lativum dicitur non ratione libelli, sed ratione e
ctus, quod actor duas actiones in solidum ita p
una alteram neque tollat, neque diminuat.

U 3

157

actio. §. 2.
ferox
pam
publi
nam
itam
qua
dicto
lebet
ferox
com
extra
liver
, aut

libero
judici
Edilit.
t ero
, qui
actio
n tan
i age
entos
o cor
sidera
42. §.
unde
mas c.
num
tingui
Cum
c effe
e, ut
ando
actori

